



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Titvli Capitvlorvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO CHRISTI 884. nes papa hac de causa se Neapolim contulit: sed frustra. Quare dum in Vrbem rediisset, hac Synodo ibidem congregata, anathematis sententiam in eum tulit, eamque per epistolam circularem 270. episopis circumpositis omnibus insinuauit. Cumque excommunicatus Athanasius pro absolutione non semel institisset, pontifex ab eo saepius delusus nullam ipsi fidem adhibendam esse putauit, nisi primum Saracenis ab ipso necatis vel captis, poenitentiae certa signa edidisset. Quod ut illi constaret, Marinum episcopum cum epistola 294. ad eudem Athanasium scripta huius rei causa alegauit. Vide Baroniū anno 881. numero i. & sequentibus.

Marinus ad Athanasiū umble-gatus.

## CONCILIVM APVD S. MACRAM.

SYNODVS QVÆ FVIT ACTA APVD sanctam Macram, in loco qui dicitur Finibus Rhenensis parochiæ, tempore Ludouici regis, filii Ludouici Caroli filii, die iv. Nonas Apriles, anno Christi DCCCXXCI. Ioannis papæ VIII. anno ix. Ludouici eiusdem regis anno xi.

### TITVL CI CAPITVLORVM.

- I. *Quod distinctæ sint potestas regia & auctoritas pontificum.*
- II. *Increpatio torporis & negligentiæ sacerdotum, ex sancto Gregorio.*
- III. *De honore, cultuque Dei & ecclesiæ.*
- IV. *De suscipienda cura monasteriorum.*
- V. *De rapinis compescendis, & pace restituenda.*
- VI. *Admonitio ad regem, & ministros reipublicæ.*
- VII. *De prestanda per pœnitentiem emendatione.*
- VIII. *Ad regem, ut bonos diligat consiliarios.*

### PRAEFATIO.

DIVERSARVM prouinciarum episcopi, quorum nomina tenentur subter adscripta, qui ante nequiuiimus, diuersis occupationibus, tam Paganorum infestationibus, quam prauorum Christianorum insectationibus præpediti, nunc anno incarnationis dominicæ DCCCLXXXI. inductione XIV. iv. Nonas Apriles, maxima necessitate compulsi, apud martyrium sanctæ Macræ, in loco qui dicitur Finibus Rhenensis parochiæ, in nomine Christi conuenimus. Ab omnibus, qui iuste & pie in communione catholicæ ecclesiæ, quæ Christi est corpus, viuere volunt,